GUILELMUS DE CONCHIS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. AMBROSIUS MEDIOLANENSIS

12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26237
Copyright: Admont, Benediktinerstift

N reluctatur. Ex lib. Bapt. II.
on impedit baptismi gratia. quominus omnia peccata
dimittat. et si odium fratrum in eius cui dimittuntur ani
mo perseverat. Solvitur enim hesternus dies. et quicquid supra
est solvitur et ipsa hora momentoque ante baptismum et in bap
tismo. Deinceps autem continuo reus esse incipit non solum conse
quentium. sed in preteritorum dierum horarum momento redeun
tibus que dimissa sunt. et sepe ista contingunt in ecclesia. Ex libro
Sicut intra quod diaboli est arguendum est. De bapt.
sic et foris quod Christi est agnoscendum est. Ex epistol. ad Se
SCRIPTUM est quando baptizatus leutianum.
est apostolus paulus et scriptum non est quando baptizati sunt
alii apostoli. Veruntamen et ipsos baptizatos. intellige de
bemus. sive baptismo iohannis. sive quod magis credibile est bap
tismo Christi. Deperes autem intelligitur in eo quod a domino audivit
qui lotus est non indiget nisi ut pedes lavet. Ex lib. de trinitate.
QUOD dictum est. pater dedit vitam filio. non aliud in
telligitur quam genuit filium qui est vita. sic et cum dicitur de
dit filio doctrinam. id est genuit filium qui est doctrina. ut quod
dictum est mea doctrina non est mea. sed eius qui misit me. sic
intelligatur. ac si dictum sit. Ego non sum a me ipso. sed ab illo qui me misit.
QUONIAM Mul Ex lib. de doctrina christiana. III.
tis modis res similes apparent. non putemus esse
prescriptum. ut quod in aliquo loco res aliqua per similitudinem signi
ficaverit. hoc semper eam significare credamus. Nam et in vituperatio
ne posuit fermentum. dominus cum diceret. cavete a fermento
phariseorum et in laude cum diceret. simile est regnum celorum
mulieri que abscondit fermentum in tribus mensuris farine do
nec totum fermentaretur. Ex eodem libro.
De VII. tyconii regulis quibus ad intelligendas scrip
turas studiosos dicit. plurimum iuvari ex libro tercio
de doctrina christiana. Prima de domino et eius corpore est. in